



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Canones de Confirmatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

DE CONFIRMA-  
tione.

## CANON I.

*Si quis dixerit, a Confirmationem baptizatorum otiosam cerimoniam esse, & non potius verum, & proprium Sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quàm catechesim quãdam, qui adolescentie proximi fidei sue rationem coram Ecclesia exponebant: anathema sit.*

## CANON II.

*Si quis dixerit, b iniurios esse Spiritui sancto eos, qui sacro Confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt: anathema sit.*

## CANON III.

*Si quis dixerit, c sancte Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem: anathema sit.*

## Decretum de reformatione.

**E**adem sacrosancta Synodus, d eisdem presidentibus & Legatis, inceptum residentie, & reformationis negotium ad Dei laudẽ, & Christiane religionis incrementum profecturi intendens, vt sequitur, statuendum censuit, e salva semper in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate.

a c. nulli ministro-  
ũ de cõf.  
dist. 4.

b Vide fi-  
nẽ epist.

Vrbani,  
ad oēs & c  
c. i. cum

seq. de

conf. dist  
4. c. man<sup>o</sup>

de conf.

dist. 5.

Cõc. Flo-  
rent. loc.  
cit.

Vide Eu-  
feb. Pap. i.

Epi. ad E-  
pisc. Tuf-

ciæ, Mel-  
chia, de

Hisp. In-  
noc. ep. i.

c. & c.

sess. 23.

cap. 4.

d sup. Sef.

6. c. 1. &

infr. Sess.

23 cap.

e inf. Sef.

vlt. de re-  
for. ca. 21.